

3

nescio utrum possent ad ea ipsa quae app^{re}enda & deside-
 randa esse dixerant cum istis sordibus suis quo cumq;
 uolare nam certio uitio curiositatis in percontandis de-
 monibus quo isti maxime cum quibus agitur pagani
 xpiana salute reuocantur. quia nimirum puerile est nescio
 utrum tales illi prepedirentur uiri sed quo quomodo se
 habeat philosophorum iactantia illud cuius intellegere
 facile est religionem ab eis non esse quaerendam quae ea-
 dem sacra suscipiebant cum populis & de suorum deorum
 natura ac summo bono diuersas contrariasq; sententias
 in scholis suis eadem teste multitudine personabant.
 Quod si hoc unum tantum uitium xpiani disciplina sana-
 tum uideremus inefabili laude praecandum esse nemi-
 nem negare oportet & hereses namq; tam innumerabi-
 les a regula xpianitatis auersae testes sunt non amitti
 ti ad communicanda sacramenta eos quidem patredo & sapi-
 entia eius & munere diuino aliter sentiunt & hominib;
 per suadere conantur quam ueritas postulat, sicut enim
 creditur & docetur quod est humane salutis caput
 non aliam esse philosophiam id est sapientiae studium
 & aliam religionem cum huiusmodi doctrina non ad pro